

Cl. 181. 17

III Ve 1917
X 2290749

C. D.
A. D.
DISSERTATIONEM INAUGURALEM
DE
APPELLATIO.
NIBUS
PRÆPRIMIS
SAXONICIS.

QVAM
Mense Julio, ANNI M, D CC. XI.
habuit
J E N Æ,

L. Johannes Augustus Thiel / Cygneá-Misnicus,
Advocat. Saalfeld. Ordinar.

SAALFELD Æ,
Literis Joh. Samuel, Mülleri, Typogr. Aulic.



DEO
BENIGNISSIMO
PRINCIPIBUS
CLEMENTISSIMIS
PATRONIS
HONORATISSIMIS
AMICIS
DILECTISSIMIS
LECTORIBUSQVE
BENE-SENTIENTIBUS,

Commendat SE de meliori
cum tenui hoc labore

Humillimè, officiosè & deceptor

AUTOR.

UNIVERSITÄT
SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

55

I. N. I.

444

In der

Uffo Titulirten.

Gelehrten = F A M A

Welche

Cum Effigie

DN. CASPAR. LOESCHERI,

S.S. Th.D. Profes. Publ. Consistor. Assessor. Senioris,
Eccles. Wittenberg. Pastoris, & Circ. Elect. Sax. Superin-
tend. Generalis,

Heraus gegeben/

Und

Zu Leipzig bey Theophilo Georgi Anno 1711.

gedruckt worden / ic.

stehen

Part. X. à pagina 717. usque 723. seq.

folgende Worte :

VI.

JENA,

Juristische = FACULTÄT.

Mens. Jul. Dissert. Inaugural. de Appellationibus præcipue Saxo-
nicis, quam sub præsidio D. Joh. Bernh. Griesens / pro Docto-
ratu habuit Joh. August. Thiel / Cygn. Misn. Advocat,

Saalf. Ordin. plag. 5. (a)

(a) Cujus Rubri Nigrum Autor Dissertationis Additionibus
nonnullis angere voluit.

Ursfang zeigt der Autor, daß ad judicem proxime superi- Thef. 4.
orem appelliret werden müste. (b)

A

ADDI-

❁ (2.) ❁
ADDITIO.

(b) Videlicet nullò, tam ignoranter, quam malitiosè [qualis appellatio prorsus non valet. Besold, C. 4. n. 13.] inter medio omisso. l. 1. §. si quis 3. l. precipimus. 32. C. eod. Nov. 23. cap. 4. Ordinatio. Cam. Wormat. de Anno 1495. §. 9. & Ordinatio. Provinc. Elect. Sax. D. Augusti de Anno 1571. tit. daß Niemande Ordinatio. Cur. Prov. Lipsiens. de Anno 1549. tit. von Appellat. Ordinatio. Appellat. Dresd. de Anno 1605 Ordinatio. Sax. Vinar. de An. 1589. tit. 16. §. 1. & tit. 29. §. 1. seqq. Ordinatio. Cur. Prov. Jenens. cap. 18. vers. gradatim ans Hoff: Gericht mag appelliren &c. & cap. 35. §. 1. & 3. Besold, de Appellat. cit. Cap. 4. n. 13. Rosbach. in Prax. Civ. tit. 73.

ad eandem Thef. 4.

Wäre aber iudex intermedius übergangen / würde die Appellation von den Summo an denselben remittiret. [c]

ADDIT.

(c) Et quidem ex hac ratione, ne scilicet Jurisdictiones confundantur. L. nemo 4. ff. Jurisdic. ibiq. gloss & Dd. c. pervenit, 39. caus. 11. qv. 1. l. 4. C. de Jurisdic. omn. jud. Carpzov. in Jpr. for. Part. 1. Const. 20. def. 4. n. 4. & in Process. tit. 18. art. 1. num 41. Ziegler. de Jur. Majest. lib. 1. cap. 30. n. 1. & 2. Ludovicus à Pegvera, decis. 191. per tot. Quapropter expressio iudicis ad quem praterenda non est, quò omnis evitetur incertitudo. Nov. 119. cap. 4. auth. si appellatione C. de tempor. appell. Et videtur hoc in favorem ipsorum Appellantium constitutum, ne dum forsàn à Supremo deteriore ferant calculum, ab omni sint exclusi Appellationis auxilio ulteriori. Dominic. Arumæ. in Pand. Disput. ult. num. 6. Ex quo in Provinciis Saxonice à sententiis & decretis Amtfasciorum, [sive municipia, sive Nobiles sint,] ad quæstores Præfecturarum, quibus subsunt, appellatur. Ordinatio. Appellat. Dresd. de An. 1605. in pr. vers. So wollen wir ic. Carpzov. ibid. & n. 48. seqq.

Excie

Excipiuntur tamen ab hac Regula Studiosi & Scholares aliaque personæ miserabiles &c. l. un. §. quod si pupilli. C. quand. Imper. inter pupill. & vid. ubi Bartolus & Dd. n. l.

Jure Canonico à quolibet inferiore Judice in Causis fori ecclesiastici vel etiam secularis, quoad eos, qui subsunt temporali Jurisdictioni Ecclesiæ, ad Summum Pontificem IMMEDIATE, omisissis Judicibus intermediis appellare licet. c. si duobus 7. c. de priore. 31. c. ad audiendum 34. c. dilecti 52. X. de appellat. Andr. Vallens ad tit. X de appellat. §. 6. n. 4. Rationem rectam Hilligeri. vid. ap. Donell. Erucl. L. 28. c. 7. lib. H. Conf. Petr. Svav. Hist. Concil. Trid. p. 372 & 373.

ad Thef. 6.

Er refutiret hiernächst Oldendorpium und andere / die den judicem ad quem appellatum nennen (d) da doch in foro, vornehmlich Saxonico, derjenige Appellatus heisset / wieder welchen appelliret wird.

ADDITIO.

(d) Vid. Calvin, Lexic. Jurid. voc. Appellatus. Oldendorp. Syllog. Exception. Tit. de Sententia & re judic. pag. 719. vers. unde apparet. Perott. Cornucop. col. 851. vers. 25.

ad Thef. 8. 9. 10.

Nach Sächsischen Recht / könne appelliret werden von allen durch ein Urthel gravirten Personen. (e)

ADDIT.

(e) Interdum & Actor & Reus appellat, dum unus in hoc, alter in alio est gravatus, vel si unus appellat, alter hujus appellationi adhæret. Tusch. Conclus. 176. lit. A. Scacc. de Appellat. quest. 12. n. 71. seqq. Gail. lib. 1. observ. 122. n. 4.

Cautela est pro Appellato, ut si super tota Sententia in omnibus capitibus appellatum sit, & videat, favorabilius ad huc pro se pronunciaripotuisse, e. g. si appellans tantum in

forrem condemnatus, cum & in usuras damnari debuisset, petat appellatus [quamvis & ex officio iudex id facere debeat] ut in instantia appellationis etiam usura adjudicentur, licet hoc nomine non appellaverit. L. B. de Lynker. *Decis.* 1474. Coler. *Part. 1. Decis.* 138. *num. 5. & 7.* Adhæreat quoque appellatus intra decendum à die scientiæ appellationi in iis capitulis, quibus se gravatum sentit. Carpzov. *in Process. tit. 17. art. 2. n. 51.* Stryk. *in Introduct. ad Prax. for. cap. 23. §. 19.* & adhæsiōnem iudici à quò notificare, Scacc. *d. l. quest. II. num. 69.*

Omnes ac singuli, quorum interest, possunt appellare, dummodo summarie vel semiplenè de suo interesse doceant. *l. 4. §. 2. seq. & l. 5. pr. §. 1. seqq. l. 14. pr. ff. de appellat. Gail. Lib. 1. obs. 122. num. 5.* Hilliger. *Lib. 28. cap. 6. lit. 2.* Besold. *de Appell. cap. 8. §. 3. pag. 350. v. g.* Creditor quoad Sententiam contra debitorem prolatam, si ejus ratione pignoris interfit. *d. l. 5. §. 4.* Mevius *Part. 8. Decis. 61. num. 1.* Dominus pro subditis, si nempe gravamen in jura Domini ex consequentia redundet, ut: Si Collectas subditis alius aliquis imponere, eoque alia ratione sub jurisdictionem suam trahere velit. Hilthrop. *in Process. jud. Part. 4. tit. 7. n. 7.* Mev. *Part. 1. Decis. 61.* Sic & Capitulum provocare potest pro Episcopo, si causa Ecclesiam concernat. *c. 13. X. de Major. & obedient. Item, Defensor Reipublicæ. l. 1. §. 13. ff. quand. appell. Vantius de Nullit. rubr. 4. n. 6.* Appellant etiam Legatarii. *l. 29. in pr. ff. de in offic. testam. l. 50. §. 1. ff. de legat. 1.*

Minores etiam in causis suis appellare possunt. *L. cum Prator ff. de judic. etiam absque Curatoribus. Cothmann. Vol. 1. Consil. 33. per tot.*

Negotiorum quoque gestor spontaneus potest appellare & post mortem Domini negotium semel susceptum exequi

qui debet. l. 21. §. 2. ff. de neg. gest. l. 31. §. 2. ff. eod. Godofr. ad l. 20. C. de negot. gest. præstet insuper non solum levem sed & culpam levissimam, & quidem ex hac ratione, quod se ipsum offerat, aliumque prævertere videatur. arg. l. 1. §. 35. ff. de pos. junct. l. 21. C. mandat. Svvendendorff. ad Eckolt. de neg. gest. §. 8.

Jure Canonico & hodiernis moribus Saxonice, Procurator generaliter ad totam litem & Appellationem simul prosequendam constitutus, non cogitur patrocinium in judicio Appellationis præstare teste Carpzov. Part. 1. Const. 1. def. 24. Novel. 23. pr. c. 14. X. de Procur. etiamsi operam suam pro certo pretio usque ad Sententiam definitivam præstare promiserit, Eckolt. ad tit. ff. de Procur. §. 13.

Ad Thef. II.

Nuch von allen Richtern / die einen Superiorem recognosciren / so wohl ordentlichen / als delegirten (f.)

ADDIT.

(f) Ordinarii Judices sunt apud nos in Saxonia etiam Curia Provinciales, Lipsiensis, Wittenbergensis, Jenensis, & in Imperio Judices Austregarum. Jacob. Blumen. in Process. Cam. tit. 27. n. 199. seqq.

A Consistoriis ad superiorem Principem appellari dicit Brunnemann. de Jure Eccles. lib. 3. cap. 10. §. 1. cum habeant delegatam jurisdictionem. Carpzov. in Jpr. Consistoriali, lib. 3. def. 14. vid. etiam Kirchen-Ordnung de Appellationibus à Consistoriis licitis. Tit. von Ober-Consist. §. Es soll aber doch &c. Brunnemann. de Jur. Eccles. d. 1. §. 10. in fine. & quamvis à Præside & Assessoribus Consistorialibus (Senatu Ecclesiastico, Kirchen-Rath) appellare non liceat. Carpzov. Jpr. Consist. lib. i. def. 12. nihilominus hic imploratio ad Consilium

Alium Electorale intimum (Geheimen-Rath) permissa est, quippe cui Inspectio incumbit super Senatum Ecclesiasticum. vid. Gottl. Gerh. Titius von der Probe des Teutschen, Geistlichen Rechts lib. I. cap. 6. §. 86.

A Delegato Principis sub hac Clausula: *Appellatione cessante* (quæ verba ipse explicat Pontifex Innocentius III. in c. 53 X. de. appellat) non licet appellare. Ruginell. de Appellat. §. 2. n. 2. §. 9. gl. 2. n. 4. 7. 9. 17. quæ Clausulam nemo nisi Princeps, [habens Tribunal, à quo appellare non licet] potest adjicere. Rebuff. tract. de appell. in pref. n. 82. tom. 3. fol. 481. quæ Clausula tantum Judicem à quo ligat; sed ipse Superior potest liberè appellationem recipere. Scacc. de appellat. quest. 16. n. 98. Mev: Part. 2. Decis. 194.

A Subdelegato non appellatur ad subdelegantem, sed ad primum delegantem. Berlich Part. I. Conclus. 50. n. 70. Item, à mandantis vicario l. 16. ff. de Jurisdic. ad mandantis superiorem. Rosbach. in Process. tit. 5. n. 26. modò mandans ad recipiendam appellationem sit habilis, & apud eundem fieri possit appellationis justificatio. Svvendendorff. ad Fibig. Process. Part. 1. general. cap. 2. membr. 3. §. 1. n. 37.

A Sacra Cæsarea Majestate immediatè datis Commissariis ad ipsum Imperatorem, non verò ad Cameram appellatur. per arg. l. 1. ff. quis & a quo appell. (Sed contrarium vid. In der verneuertem Reichs-Hof-Raths-Ordnung ab Imp. Ferdinando III. De Anno 1654. tit. 2. §. Dieweil aber die Billigkeit vers. und stehet der Partheyen die Appellation von Urtheilen der Commissarien an uns oder unser Käyserl. Cammer-Gericht bevor. Add. Jacob Blumen / in Process. Cam. tit. 45. §. 13.)

A Com.

☉ (7.) ☉

A Commissariis ab Aula Electorali delegatis ad supremum tantummodo Appellationum Judicium Dresdensen, non etiam ad Curiam Provinciale Lipfienfem, & vice verfa, a Commissariis Curiarum Provincialium ad Curias, non Appellationum Judicium, effe provocandum notat Carpzov. *Lib. 3, respons. 124. & in Proceff. tit. 18, art. 1. num. 57. feqq.* Et poft ipsum Nicolai *in Proceff. Part. 2. cap. 10. n. 15.* Notandum etiam, quod in Electoratu Sax. ab inferioribus judiciis gravatus vel ad Curiam Provinciale Lipfienfem (nifi Privilegium exemptionis obftet, quò gaudet Civitas Annæberga) vel ad Aulam Electoralem pro arbitrio fuo appellare quis poffit, ita fcilicet, ut non prateriri tantum Curia Provincialis feure queat; fed etiam fi vel maxime ejus cognitioni Caufa fubjecta fuerit, nihilominus adhuc ab ejus fententia ad judicium Appellationum Dresdensen, ut fuperius, provocare liceat. Vid. *Perlich. Part. 1. Concluf. 3. n. 18. Ziegler. de jurib. Majest. Lib. I. cap. 30. n. 4. De Epifcopatibus, qui in territorio Sereniff. Elect. Sax. continentur. Vid. Carpzov. Proceff. d. l. v. 63.*

ADDITIO.

(g.) Ad Thef. 12. Differtationis.

(g.) A Potentiffimo Poloniarum Rege & Electore, ut & fingulis Ducibus Saxonie Sereniffimis, appellari non potest, juxta Privilegium Cæfareum in Comitibus Auguftanis fub die 2. Maji 1559. renovatum; Nec etiam in cafu apertè denegatæ juftitiæ & nullitatis Sententiæ, fecundum Carpzov. *in Proceff. tit. 18. art. 1. n. 10. feqq.* Ut qui à priori opinione iterum recessit, & ne quidem ex dictis caufis Appellationem effe admiffibilem comprobavit. *in Syntagm. Jur. Feud. Diff. 6. quæft. 2 & in Differt. de Privileg. Elect. & Duc. Saxon. de non appell. pofit. 69. cap. 5. Thef. 56. & 63. feqq. & de Leg. Reg. cap. 9. feft.*

sect. 4. num. 12. & sect. 7. num. 8. seqq. Prajudicia affert. L. B. de Lynker. *Decis. 893.* cum rationibus elegantissimis, Idem, *Decis. 1476.* Alia exhibet Brunnemann, in *Dissut. de Appellat. Rescript. Princip. remot. cap. 4. §. 2.* Quæ Lectorem evolere non pigebit, & ea integra legere haud poenitebit.

A Sententiis quoque ab Imperii Vicario dictis appellare non licet (etiamsi fiat, ut interdum bene latam Sententiam in pejus reformet, aut iniquè judicet. *l. 1. ff. de appellat. Petr. Heig. Part. 1. quest. 10. num. 15. & 16.*) Nec à Principe malè informato ad melius informandum provocare; Licet consentiente Principe, & per modum Supplicationis, hujusmodi appellationem in Aula Electoralii Dresdensi receptam attestetur Carpzov. in *Process. tit. 18. art. 1. num. 33. seqq. & lib. 3. resp. 126. n. 18. & in Tract. de Leg. Reg. cap. 9. sect. 2. num. 18. seqq. it. in Tract. de Priv. de non appell. Thes. 78. & 79.* Quem sequitur Ziegler. *De jur. maj. lib. 1. cap. 30. num. 8.* Et Nicolai in *Process. Part. 2. cap. 3. n. 4. & 5.* Vid. etiam Myler. ad Rummel. in *A. B. Part. 2. Diff. 2. Thes. 18.*

ADDIT.

(h) ad Thes. 13. Ejusdem;

(h.) *A* Rescripto Principis etiam ad Consultationem Judicis inferioris [urcunque sententia ab ipso Principe lata videatur] appellare licet. Anton. Gabrieli. *tit. de appellat. Conclus. I. Sigism. Scaccia. de appell. quest. 16. limit. 1. num. 130. seqq.* Videatur quoque Rescriptum Divi Pii ad Communitatem Thracum *l. 1. §. 1. ff. de appell.* Universa enim Rescripta, sive in personam precantium, sive ad quemlibet Judicem manaverint, sub ea Conditione proferuntur *SI PRECES VERITATE NITUNTUR. l. 7. C. de divers. rescript.* atque ita Exceptione *SUB-ET OBREPTIONIS* uti potest. *c. super literis. X. de*

de Rescripto. Et hoc casu non ab ipso Rescripto appellatur, sed ab interpretatione, applicatione & executione ejusdem. Gothofred. *ad l. 2. C. si contr. jus vel util.* sive potius à Sententia secundum Rescriptum, per Consulentiis calliditatem impetratum, lata. Cornel. Benincas. *de Constitut. quest. 6. num. 28.* quomodo alioquin contra mandata & rescripta principalia, exceptiones sub- & obreptionis solent boni & moderati Principes aquis animis audire. *l. 34. C. de appell. Petr. Heig. Part. 1. quest. 10. num. 24.*

Ab Arbitro *COMPROMISSARIO* (quem germanicè *Niederfaß und Obmann* appellamus) regulariter appellare prohibitum est. Vid. Martini *in Commentar. supra Ordinat. Process. judic. Saxon. tit. 10. §. 6. à num. 57. usq. 65. Et Doct. Thönniker. Advoc. prud. in Appellat. Instant. Sect. 2. num. 38. seqq. Ubi num. 40. limitationes adducit. e. g. quando LAUDUM manifestam & evidentem iniquitatem continet, vel lationem enormem. Gail. *1. observ. 150. num. 9. seqq.* quod tamen aliter se habet in Arbitro *JURIS*, qui à lege, vel statuto constituitur. Thönniker. *cit. loc. n. 43. seqq.* ubi etiam differentias inter Arbitrum & Arbitratorem, *gütlichen Unterhändler* (qui videntur fraternizare, uti loquitur Scaccia. *de Appellat. quest. 17. limit. 14. num. 15. in fine.*) ponit, & declarationem laudi eorum conscientia committit. *vid. Decisum Schilteri ad ff. exerc. 12 §. 9.* Plura de his legi possunt apud Sverdendorff. *ad Fibig. Part. gen. 1. cap. 2. membr. 2. §. 4. pag. 16. seqq.**

ADDIT.

(i) ad Thef. 14. Disputat.

(i) Quando in foro Saxonico Electorali de facto ab Inquisitione

quisitione appellatur, iudex inferior ceditur Iudici Superiori referre, & Acta originalia ad Decisionem remittere. *Vid. Constit. Elect. Job. Georg. III. de Anno 1691. §. 7. vers. so wohl Inquisition, als Civil, und Policcy. Sachen/ junct. vers. Wenn nehmlich ab Inquisitione. &c.*

Judex propter Appellationem interpositam non debet offendi, quia per Appellationem *praesertim à definitiva* non arguitur injustitia seu iniquitas sententiae, quia justè potuit Iudex à quo ita judicare secundum allegata & probata, & justè posset Iudex appellationis contrarium pronunciare, propter novas probationes, ita ut uterque justè judicasse dicatur. Interim tamen modestum hic esse decet Appellantem, & cavere ne Iudici seu concipienti convitium faciat, aliàs plectitur. *l. 8. ff. de appellat. l. 42. ff. de injur. Rittershuf. ad Novell. Part. 10. cap. 7. num. 12. Brunnemann. ad d. l. 8. num. 1. Ideò solet cum reservatione honoris dici: Judicem malè judicasse. Quamvis nulla injuria sit, si dicat appellans: malè judicatum, etiam sine reservatione honoris. Brunnemann. d. l. 13. 2. Ziegler. de jurib. Majest. lib. 1. cap. 30. num. 6. Svvendendorff. in Process. Fibig. Part. 1. cap. 2. membr. 3. §. 19. n. 414.*

Ad eandem Thesin. 14.

In dem Fürstenthum Gotha sey Summa appellabilis 60. Meißnische fl. in Hennebergischen Antheil. 10. fl. (k)

ADDIT.

[k] Ratio hujus juris redditur à Consulto in *l. unic. ff. de offic. Praef. Prator.* hujusmodi, quia Princeps eos, qui ob singularem industriam, exploratà eorum fide & gravitate ad juris sui officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicatos esse, pro sapientia ac luce dignitatis suae, quam Ipse foret

foret judicaturus, credit. Ritterhuf. *ad Novell. Pars. 10. cap. 1. num. 9.* & Martini *ad Ordin. Procef. Sax. Jud. in Commentar. tit. 10. §. 6. num. 106.*

Ad eandem Thef. 14.

In Eisenachifchen und Weimarifchen auch 60. R.
ADDIT.

(1) Cujus determinatio judici relicta est, an in vulgata, feu usuali moneta vulgò *Current-Gelde* / an verò speciebus majoribus exfolvi debeat? Verbis enim istis quantitas saltem describitur. Illustr. L. B. de Lyncker. *Respons. 35. num. 17.* & valor eorundem tantum attendi debet. *l. 29. §. 1. ff. de solut.*

Ad Thef. 15.

Und weil Er von der in Chur-Sächfifchen gewöhnlichen Summa appellabili nichts gefunden/ glaube er/ daß die Appellationes schlechter Dings (allda) zugelassen. (m)

ADDIT.

[m] *IN CAMERA IMPERIALI* olim erat ratione sortis quinquaginta; postea centum & quinquaginta, tandem 300. florenorum. Hodiè verò extensa est AD 400. JOACHIMICOS IMPERIALES. *Recess Imper. Ratispon. de Anno 1654. §. 112. D. Rhet. in Instit. Jur. publ. lib. 2. tit. 3. §. 21. & lib. 4. tit. 21. §. 2.* Illæis tamen atque illibatis specialibus Privilegiis uni vel alteri Statui Imperii ab Imperatore concessis. Verneuerte Reichs-Hoff-Raths-Ordnung *Ferdinandi III. Tit. 2. §. und zu desto richtiger. vers. nicht weniger / wie hoch sich deren Summa junct. §. Wir befehlen auch vers. daß Sie in Erkennung, vid Joh. Limn. de jur. publ. lib. 7. Hiltrop. in Process. judic. Part. 4. tit. 2. num. 28. seqq.*

ad Thef. 16.

Es sey auch in Sachsen verbotthen von einer Sentenz momentanea s. summaria possessionis zu appelliren. (n)

B 2

Ad

ADDIT.

(n) Vid. Rittershus. *Lib. 5. differ. jur. cap. 25.* Carpzov. *in Jpr. for. Part. 1. Const. 19. def. 24. Item. lib. 1. resp. 13. num. 24. seqq. Ordinat. jud. Saxo-Gothan. Part. 2. cap. 3. §. I. vers.* Und dargegen weder Reuterung noch Appellation zugelassen werden. Licet de Jure Saxon. Electorali novissimo. Judex inferior appellationem hanc admittere, deqve ea Superiori referre, ejusqve Decretum expectare cogatur. *Vid. Constit. Elect. Job. Georg. II. de Anno 1670. junct. Constit. Elect. Johan. Georgij III. de Anno 1691. §. 7.*

In eadem Thes. prope finem.

Jur. Can. siehe frey von jeden gravamine (o) und Sentenz, auch von einem schlechten Interlocut-Urthel zu appelliren / welches auch in Sächß. Landen so gehalten werde. (p)

ADDIT.

(o) Extra judicium quoqve alicui illato, aut inferendo.
 (p) *Baños*, quia Jus Canonicum omnem iniquitatem corrigi statim cupit, nec differri in Sententiam definitivam, qua saepe multo post tempore sequitur. *Cap. cum Rom. §. si verò. cap. bona memoria. 32. cap. ut debitus 59. & alij. h. t. vid. etiam Const. Elect. Sax. nov. Job. Georgij III. de Anno 1691. §. 7. junct. vers. à simplicis Citatione.*

ADDIT.

(q) Ad Thes. 17. Dissertationis.
 (q) Ad *formam* quoqve Appellationis requiritur, ut Nomen appellantis ponatur, ut sciri possit, an idem ipse sit, quod de Sententia appellationi inserta loquitur. *l. 1. §. ult. ff. de appell. & arg. c. 1. X. de libell. oblat. ubi Panormitan. num. 6. Mevius Part. 1. Decis. 256. Menoch. in Process. Part. 16. cap. 15. num. 32.*

Von einem End-Urtheil könne in continenti durch das Wort Appello [r] und auch ex intervallo (§) appelliret werden.

ADDITIO.

(r) Merkelbach. apud Klok. Vol. 2. Consil. 88. num. 11. Ubi appellationem etiam tunc viva voce & in continenti fieri dicit, si Judice adhuc pro Tribunali sedente eodem die interponatur, per text. in l. à sententia §. fin. ff. de appellat. Mynsing. Cent. 2. Observ. 12. Sigism. Scacc. de appellat. quest. 4. num. 16.

In Causis metallicis fori Saxonici appellandum quoque est stante pede ac viva voce, & intra octiduum proximum gravamina in scriptis sunt exhibenda, secundum Ordinat. Metall. Christiani II Elect. Saxon. Art. 104. §. doch / daß solches auff unverwandten Fuße und alsbald/nach hergebrachten Berg-Recht/Rechts geschehe.

(§) INSCRIPTIS. l. 6. §. pen. l. litigatoribus. 14. autb. bodie C. de appell. Ord. Appell. Dresd. de anno 1605. quod maxime requiritur, ubi ab interlocutoria simplici appellare permittitur. c. 1. X. de appell. Wesenbec. in par. ff. de appell. n. 9. Mynsing. Cent. 1. obs. 66. & Cent. 3. obs. 15. n. 3.

ADDIT.

(t) Ad Thef. 19. Dissert.

(t) Fatate decendii currit quoq; tertio, appellationi adharere volenti, Scacc. de appellat. quest. 12. n. 69. & seqq. nisi accessoriè adhareat appellationi. Mev. Part. 1. dec. 159. aut declarationem Sententia petat, Brunncmann, ad. l. 4. n. 8. ff. de appellat.

B

Sche

Schedula Appellationis insinuanda est ipsi Judici à quo, qui scilicet sententiam dicit *l. i. ff. qui & à quo appell.* *Novel. Hg. cap. 4. c. ut debitus. 59. X. de appell. Ordin. jud. Saxo-Gothan. Part. 2. cap. 1. §. 10. & cap. 7. §. 10. Ziegler. in Introd. ad Process. cap. 17. §. 16. etiam si pro Tribunali non sedeat. Mynsing. Cent. 2. observ. 12. Nicol. Calvol. in Proc. jud. §. appellatio. Conclus. 5. n. 44.*

ADDIT.

(u) Ad Thef. 20. Disp:

(u) Ad formam Appellationis etiam requiritur, ut Appellans à Judice à quo *Apostolos* petat. *Clem. quamvis. 2. de appellat. l. un. ff. de libellis dimiss. l. eos, qui. 6. §. ult. C. de appellat. l. 24. C. eod. c. cordi. cap. ab eo. de appell. in 6.*

A Notario vel personis honestis dantur *Testimoniales. c. fin. X. de appell. & vices eorum* habet Instrumentum appellationis negotium gestum continens, scilicet diem, & quando dubitatur, an decendium fuerit observatum, etiam horam appellationis, ut & ejus schedam, Item, nomina testium, ceteraq; quæ de jure Communi ad Formam publici Instrumenti requiruntur, *add. Textor. ad R. J. N. disp. II. thef. 49. & thef. 108.*

Ad Thef. 21.

Nach Sächsischen Rechte müssen nothwendig die Aposteln innerhalb 30. Tagen / von der Zeit der gesprochenen Sentenz anzurechnen (w.) Bey Straffe der Desertion und Expensen des retardirten Processes, und zwar instanter, instantius und instantissime gesucht werden. (x)

ADDIT.

(W) Ita ut in hoc tempore contineatur etiam decendium fatale, intra quod appellatio debet interponi. *l. 24. C. de appell. Joh. Koppen. lib. 2. obs. 112. n. 6. Carpvov. lib. 3. resp. 115. n. 3. Ordin. jud. Saxo-Gothan. Part. 1. cap. 16. §. 2. vers. nach*

nach dem innerhalb 30. Tagen. *§ Part. 2. cap. 1. §. 10. vers.*
innerhalb Monats, Frist.

(x) *L. in iudicibus. 24. C. de appellat. l. 61. §. ult. C. cod. l. un. ff. de libell. dimiss. c. ult. §. iudicibus. caus. 2. quest. 6. clem. 2. de appellat.* Sed apud nos in Saxonia statim in ipsa Appellationis schedula petuntur instanter, instantius & instantissime. Berlich. *Part. 1. Concl. 50. n. 121.* quo facto ulterior petitio necessaria non est. *Mandat. Elector Johann. Georg. II. de Anno 1670. Svwendendörffer. ad Fibig. Part. 1. cap. 2. membr. 3. §. 20. lit. e. pag. mibi, 857. Ziegler. in Introducť. ad Process. cap. 17. §. 24. Nicolai in Process. Part. 2. cap. 4. n. 10.*

Judex autem intra idem tempus parti petenti a-
postolos terminum ad eos accipiendos präfigere debet.
l. 6. §. ult. Nov. 126. cap. 3. ipsumque jure nostro Saxo-
nico schedulae appellationis adscribere obligatur. *Resolut. gravam. Job. Georgii. II. Elect. Sax. tit. von Justitien-Sachen. §. 29. vers.* und solches auf den Appellations-Bettel mit fleiß registriren solle. *Constit. Elect. Job. Georg. III. Sax. de Anno 1682. rubr. von fatali des Octidui zur Eydes-Oblation. §. also ist ferner auch. vers.* allerdings Aposteln zuertheilen. *Ziegler. in Introducť. ad Process. cap. 17. §. 25. Rotschiz. in Process. part. 1. C. 59. n. 9. Ferrar. in Pract. Pap. tit. in forma responsionis iudicis a quo appelletur. §. statuit & assignavit. n. 2. & Terminum hunc ad apostolos accipiendos assignatum appellans*

lans præcisè observare, inque eo, solutis expensis, istos accipere tenetur, alioquin censetur appellationi renunciassè, eaq; pro deserta habetur. Ziegler *ibidem*. Carpzov. *in jpr. for. Part. 1. Const. 20. def. 8. lib. 3. resp. 115. n. 7. Et in Process. tit. 18. art. 3. n. 53. seqq.* Judicis tamen mora appellanti nociva non est; modò de sua diligentia fuerit protestatus. *l. un. ff. de list. dimiss.* Svvendendorffer. *ad Fibig. Process. Part. 2. cap. 2. membr. 2. sect. 1. S. 5 n. 437.* maximè apud Superiorem, Richter. *Part. 3. decis. 124. num. 35.*

Coarctatio porrò hujusmodi fatalis ab utroque judice & à quo & ad quem fieri potest per text. *in c. cum. sit. 5. Et c. oblata. 57. X. de appell.* Carpzov. *in Process. tit. 18. art. 5. n. 30. seqq. Et part. 3. decis. 250. per tot.* sinempe justa causa id sva-deat, vel periculum sit in mora, *d. c. oblata. 57. X. de app. c. 5. X. eod.* non obstante, quòd fatale hoc à lege in favorem videatur appellantium datum, nec judicantis nec partium arbitrio subjaceat, nec ab eis vel prorogari vel coarctari possit. *arg. c. indultum. de R. I. in 6.* siquidem in hoc fatali non pura ac simplex legum determinatio, per quam omne excluditur Magistratus arbitrium, (qualis est definitio fatalis sive decendii in appellatione interponenda, ubi factum judicis plane rejicitur) sed conditionata, si ita judici visum fuerit, invenitur: Vid. Klok. *in Relat. Cam. vot. 20. n. 6.* Mynsing. *Cent. 3. observ. 15. num. 8. Et 13.* Gail. *I. observ. 140. num. 2. Et 3.* Mev. *Part. 2. Decis. 266.* ubi in Ecclesiasticis quam maximè contrahendos terminos & dilationes in causis Appellationum dicit Idem, *Part. 3. Decis. 245.*

Acceptis Apostolis, Appellantis præterea est, appellationem suam intra terminum à lege, vel ea deficiente, à Judice inferiore præscriptum, Judici Superiori, insinuare, editionemque

nemque priorum Actorum à iudice à quo urgere, & ut iudici superiori citissime transmittantur invigilare, nec non à iudice ad quem Citationem ad prosequendam vel justificandam appellationem, simulque Inhibitionem ad iudicem à quo petere, ne scilicet ad executionem procedatur, aut aliquid attentetur. Fibig. *in Process. Part. 2. cap. 2. membr. 2. Sect. I. §. 5. reg. 3. Ordinatio Cur. Provinc. Venens. cap. 35. §. 2.*

De INHIBITIONE, quid nempe ea sit, & in quibus Causis decerni haud debeat? vid. Martini *in Commentario ad Ordinat. Process. jud. Saxon. de Anno 1622. die 28. Julij, tit. 10. §. 6. à num. 475. fol. 555. a. in fin. usque ad num. 490.* Obligat autem Inhibitio à die non decretæ, sed insinuatæ Inhibitionis, quapropter quæ antè vel intra decretam & insinuatam inhibitionem facta sunt, pro attentatis non habentur, nec ad ea Inhibitio pertinet. Mandos. *de Inhibit. quest. 81.* Quippe quod tum nullus sit contemptus iudicis, Hiltrop. *in Process. jud. Part. 2. tit. 5. num. 19.* Ziegler. *ad Lancell. Inst. jur. Canon. Lib. 3. tit. 17. §. 18.*

Ad Thef. 22.

Die Appellation müssen nach Sächsischen Rechte coram iudice ad quem präsentiret werden / innerhalb 30. Tagen / von der Zeit der interponirten Appellation, wo nicht aus rechtmäßigen Uhrsachen Dilation gegeben werde. (y)

ADDIT.

(v) In Camera hodie tantum quatuor Menses, à die interpositæ appellationis proximi, indulgentur, intra quod fatale, & reproductionem fieri, & parti Citationem insinuari oportet, etiamsi appellatio coram Notario & Testibus facta fuisset. *Recess. Imper. Ratisspon. de Anno 1654. §. dem soll sich*

C

Myn

Mynsing. *Cent. 1. Observ. 31. & Cent. 5. 1. obs. 57. Textor. ad R. J. N. Disput. II. Thes. 65. & 66.* Jure Saxonico| Electorali & Gothano etiam est spatium unius Mensis à die scilicet, quò Apostoli dati sunt, ubi Judex Apostolos edere debet cum Actis primæ Instantiæ.

Ad maturandos Processus Consistoriales, præsertim matrimoniales, *facere* dicit Brunnemannus *ad l. ne causas 5. num. 6. Cod. de appell.* si statim edantur acta, & quidem Originalia, ut parcatur tempori & sumtibus. Idem Brunnemann. *in Tract. de jure Ecclesiast. lib. 3. cap. 10. §. 9.* add. Hilliger. *in Donell. lib. 28. cap. 7. lit. N.*

Id specialius adhuc constituit Elector Saxonix, ut acta ejusmodi edantur gratis, nisi aliquo in loco ex speciali Privilegio aliud receptum; Ne tamen honorarium excedat duos florenos Misnenses, à quo tamen excipiuntur pauperes. *Resolut. gravam. Johannis Georgii II. de anno 1661. tit. von Justitien-Sachen. §. 53. vers. so wollen wir / Nicolai in Process. Part 2. cap 10 num. 8.* add. Carpzov. *Lib 3. resp. 119. num. 6.* In Ducatu Saxo-Gothano pro singulis foliis actorum sex nummi exsolvendi sunt *Ordinat. jud. Gothan part. I. cap. 16 §. 3. vers. gegen eine billiche Abfindung.*

Si igitur intra Terminum triginta dierum Appellans appellationem suam unà cum Apostolis acceptis apud judicem superiorem sic introducere negligit, pœnam desertionis incurrit appellatio, *praviâ scilicet judicis declaratione*, quippe quæ in his & aliis casibus, ex quibus deserta fit appellatio, est necessaria in tantum, ut parte etiam non opponente judex desertionem ex actis apparentem attendere, ac super ea, propter jurisdictionis defectum pronunciare debeat. *Clement. sicut appellationem. de appellat. l. 2. S. ult. C. de tempor. appell.*

appell. Carpvov. part. 3. Decis. 250. num. 3. & in Process. tit. 12. art. 4. num. 1. seqq. & art. 6. num. 108. seqq. Gail. 1. obs. 140. num. 2. Klok. in Relat. Cam. vot. 41. num. 2. Hiltrop. in Process. jud. part. 4. tit. 2. num. 80. & 82. seq. & part. 2. tit. 35. num. 65. Necessè etiam est, ut in Originali insinuatur interposita appellatio. Mevius Part. I. Decis. 48 num. 4. Mindan. de Process. lib. 1 cap. 7. num. 6. Item, ut appellans Nomen suum subscribat, nisi jam id in rubro fuerit factum. Sufficit quoque Advocati appellatio pro Cliente, nec opus habet expressa rathabitione intra Decendum. Mev. Part. I. Decis. 216. Carpvov in Process. tit. 5 art. 1. num. 64. seqq. & tit. 18. art. 2. num. 3 seqq. & Lib. 3. resp. 108. Ziegler. in Introd. ad Process. cap. 17. §. 8.

Si super expensis tantum fuerit appellatum, judici super negotio principali cognoscere est prohibitum. Anton. Faber. in Cod. lib. 7. tit. 26. def. 45. Berlich. Part. I. Conclus. 38. n. 107. Hinc in introductionem si quoratur de appellatione interponenda vel admittenda? Stylus judicij inferioris attendi adhuc debet. Scacc. de appellat. Part. 1. quest. 17. n. 2. & seqq. Hinc Judex Appellationis hoc in passu tenetur judicare secundum Statuta judicii à quo; quod tamen non extendendum ad ipsum procedendi modum. Processus namque Appellationis eo stylo est tractandus, qui in Judicio Appellationis est receptus.

Ad Thef. 23.

In Appellations- und Sächsischen-Hoff- Gerichte sey appellant gehalten/ bey dem nechsten Termin die Appellation in ihren Formalien und Materialien zu justificiren; Nur muß so viel Zeit [nehmlich 6. Wochen 3. Tage /] von Zeit der erhaltenen inhibition übrig seyn / damit man denen Rechten gemäß die



Die Citation erhalten könne / sonst müsse die Justification biß auff den nechsten Termin verschoben werden.

Ad eandem Thesin 23.

In Fürstenthum Weymar werde gemeiniglich eine Frist von 6. Monathen à die impositionis zum Termin, die Appellation zu justificiren, gesetzt. (2)

ADDIT.

[2] Cessante causa dilationis, ipsa cessare debet dilatio. Tiraquell. in *Tract. cessante causa. lit. D. num. 76.* maximè cum fructum elicitum per sub- & obreptionem nemo habere debeat. *l. 2. C. de LL. l. 1. §. 2. ff. de reb. cred. ne scilicet ei dolus suus proffit, qui nunquam manere debet impunitus l. II. §. in perpetuum ff. de dolo mal. & met. except.* In Ducatu Saxo-Gothano id singulare est, quod propter falsam allegatam causam unà cum Advocato, qui literas concepit, etiam Supplicans in duos thaleros, quos quilibet exolvere cogitur, condemnetur, *Ordinat. judic. Saxo-Gothan. de Anno 1670. part. I. cap. 7. §. 3. vers.* Wenn aber befunden würde/ daß die/ zu Erlangung der Dilation, angezogene Ursache sich nicht also verhielte/ soll so wohl der Parth/ als Advocat, so das Bitt-Schreiben wissentlich also concipirt, jeder mit 2. Reichschaler Straffe dem Gerichte verfallen seyn. Et computatur Dilatio non ex die petitionis, sed ultimo temporis prorogandi momento. *Rutg. Rulandus de Commiss. Part. I. lib. 2. cap. 12. num 13. Mev. Part. 6. Decis. 28. per tot.*

Si quis in foro Saxonico Electorali gravatum se sentiat, & ab inferiori iudice ad Præfecturam, (vel à Decretis & Sententiis Municipiorum & Nobilium Ambtsastiorum, quorum iudices sunt Quæstores,) appellet, tunc fatale annum Civile, non

non vero Saxonicum observandum ait Zobel. *Part. I. Dissert. jur. 41. num. 6. & Carpzov. in Process tit. 18. art. 1. num. 48. It. art. 5. num. 8 num. 29 & 38 & in Ipr. For. Part. I Constit. 20 def. 10. & lib. 3. resp. 118. num. 5. Nicolai in Process. judic. part. 2. cap. 6. num. 3.*

In Ducatu Saxo-Gothano pro omni fatali, intra quod interponi, introduci & justificari debet appellatio, semestre à die interposita appellationis connumerandum, concessum extat tempus *in novissima Ordin. jud. Dr. Ernesti de Anno 1670. Part. I. cap. 16. § 2. Ordin. Cur. Prov. Jenens. cap. 18. §. wenn nun die Appellation. vers. solche auff den nachfolgenden Termin gebühelich zu justificiren. Dan. Moller. lib. 4. semestr. cap. 32. num. 2. & 3.* Id quod tamen hodiè in Electoratu Saxonico amplius adeò necessarium non est, maximè si ipse Appellatus procuret Terminum justificationis, quia sufficit, si à die Citationis tres septimanæ ei ad terminum supersunt, nec appellans urgere admittitur termini angustiam. *Constitut. Elect. Job. Georgij II. de dato Dresda die 22. Augusti, Anno 1670. rubr. Wie es mit Annehmung der Appellation und Citation zu halten. §. 3. Verba Constitutionis hæc sunt: Gleicher gestalt hat sich auch ein Appellant damit nicht zu entschuldigen / noch deswegen die Justification seiner Appellation zu unterlassen / daß er die völlige Sächsische-Frist nicht gehabt / wenn ihm nur hierzu völlige drey Wochen gegeben und eingeräumet worden; Und wenn er aus dieser Uhrsach die Justification unterläßt / wird auff die Desertion, nebst den Expensen, hinführo billich erkant. Vid. etiam Ordin. Saxo-Gothan. Part. I. cap. 7. §. 2. vers. Welche denn nach Richterlicher-Ermessigung / und nicht etwann eben wiederumb auf legalische Termine, sondern etwann 8. oder 14. Tagen einzurichten. Svvendendörffer. ad Process. Fibig. Part. I. cap. 2. membr. 3. §. 5. num. 686. Ziegler in Introduct. ad Process. cap. 17. §. 36.* In Termino autem ad justificandam appel-



lationem præfinito, Appellans si non compareat, eamque
 iustificet, etiamsi ante lapsum fatalis pro termino institerit
 vel justificationem anticipaverit, deserta habetur appel-
 latio, & transit Sententia in rem iudicatam, ac si ab ea non
 esset appellatum. *auth. ei, qui appell: Cod. de temp. appell. l. ult.*
§. illud. C. cod. c. oblata. §. licet igitur. c. cum sit Romana. Et
c. constitutum. 45. X. Clem. si appellandum de appellat. Carpov.
lib. 3. resp. 118. num. 16. Svvendendorffer. ad Process. Fibig.
Part. 1. cap. 2. membr. 3. §. 21. num. 439. Rota penes Salgad.
in Labyrinth. Cred. dec. 86. num. 2.

In omnibus omnino Causis, ubi quis ipso Jure poenam
 privationis & amissionis juris sui incurrit, Sententia iudicis
 Declaratoria (uti jam ad præcedentem Thes. 23. dictum)
 requiritur. *Grammat. Dec. Neap. 15. num. 8. Et decis. 165. n.*
55. Nam evenire potest, ut aliquando appellanti justum impe-
dimentum [quod tamen nominatim est exprimendum, Ordina-
nat. Appell. Dresdens. 1605. Resolut. Gravam. 1661. Decis. Elect. Sax.
69. Ordinat. jud. Saxo-Gothan. Part. 1. cap. 7. §. 2. vers. wel-
che nahmentlich angeführet werden sollen. Mynsing. Cent. 3.
observ. 15. num. 3. Et obs. 54. Mev. Part. 3. decis. 167. Et Part.
5. decis. 310. Ziegler. in Introduct. ad Process. cap. 17. §. 43. Id-
que etiam appellatus postea injustum & falsum probare nequi-
verit] obveniat, suamque contumaciam purget, ubi poena de-
sertionis locum habere nequit, sed alius terminus ad justifi-
candum est præfigendus. Dan. Moller. lib. 4. semestr. cap. 32.
num. 3. Coler. Part. 1. dec. 104. num. 24. Richter. Part. 3. dec.
124. n. 48. Carpov. in Process. tit. 18. art. 6. num. 109. seq.
Hartm. Pistor. Part. 1. quest. 3. num. 13. Mevius Part. 7. De-
cis. 39. Et Decis. 312. num. 4. alique.

Ad Thes. 24.

Wenn Appellat in Foro Saxon. in dem Termino justifi-
 catio

cationis nicht erscheine/müsse in meritis pronouncirt, oder wenn die Sache weiterer deduction von nöthen habe / derselbe ohne alle Refusion derer Expensen / von neuen citiret werden. (aa)

ADDIT.

(aa) Jure Civili lite ante appellationem in negotio principali contestata definitivè pronounciatur; ea autem non contestata ad absolutionem ab impeditis & ad expensarum condemnationem devenitur. *c. statuimus 1. vers. adjicientes. c. cupientes. 16. vers. denique cum ad postulationem. X. de Elect. & Elect. Potest. c. saepe X. de appell. c. cordi. 1. vers. si autem appellatus. eod. in 6. Mynsing. Cent. 4. observ. 66.* Ita ut gravamina ob contumaciam non respondentis pro confessis acceptentur. *Mev. Part. 7. Decis. 389.* modò tamen prius appellationem suam legitimè appellans justificaverit, & appellationem suam legitimè appellans justificaverit. *Mevius ad jus Lubec. lib. 5. tit. 4. art. 1. num. 37. Textor. ad R. 7. N. Diss. 11. ibes. 128. seq.* Jure Saxonico, si Appellato responsio expressè secunda vice fuit imposita, in expensas termini condemnatur, quando contumaciter emanet, & non respondit. *Vid. Ordinat. Appellat. Dresd. de Anno 1605. It. Ordinat. Process. jud. Saxo-Gothan. Part 1. cap. 4. num. 5. vers. anderweit citiret werden.* Ingleichen darauff in meritis Rechtl. erkannt werden. *Carpzov. Lib. 3. resp. 122. & 129. num. 4. & 5. & in Process. tit. 17. & 18. art. 6. num. 102. & 206.* Si autem vitium appellationis in formalibus deprehendit appellatus, ad materialia obstructus non est respondere, sed eam desertam esse, & appellantem in expensas condemnari potest petere. *Ziegler, in Introd. ad Process. cap. 17. § 48.*

(bb) ad

(bb) Ad Thef. 25. Dissert.

(bb) Defensio naturalis [Appellatio] caute est concedenda, nemalitia fiat velamentum, neq; in veritatis oppressionem cedat; cum rarissimi sint, qui se justè reputent condemnatos. Autor Parthen. litig. *lib. 2. cap. 14. n. 24.* Berlich. *I. Concl. 50. num. 29.*

(cc) Ad Thef. 26. Ejusdem.

(cc) De effectu hujus Clausulæ (non probata probabo, &c) vide Biccium in *Colleg. Argentor. ad Tit. ff. de Appellat. Thef. 9. It. Recess. Imper. Ratispon. de Anno 1654. §. 59. & 68. l. 4. C. de temp. appellat.* Joh. Wolffg. Textor. in *Prax. jud. Part. I. Cap. 12. n. 73. seqq.* Hiltrop. in *Process. jud. Part. 4. tit. 3. n. 17. & seqq. & tit. 4. nō. 10. seqq.* Umm. ad *Process. disp. 16. n. 49. Carpzov. in Jpr. for. Pars. 1. Const. 21. def. 1. seqq. & in Process. tit. 18. art. 6. n. 19. seqq.* Ubi etiam ostendit, quod in foro Saxonico in Appellationis instantia novæ probationes haud valeant, idq; per text. in *Constit. Elect. Augusti 21. Part. 1. vers. daß anderweit durch Zeugen.* Nec Exceptiones in prima Instantia prætermittæ in Appellatione admittantur. Hartm. Pistor. *Part. 4. quæst. 23.* Carpzov. in *Process. d. l. n. 39. & 40.*

In Causa Appellationis regulariter non habet locum remissio, sed judex superior ipsemet de causa principali cognoscit. *c. ut debitus. 59. X. de appell. & sententiam à se latam exequitur. arg. l. i. §. fin. ff. ad SCtum. Turpill.* Ratio: quia, qui semel gravavit, præsumitur etiam appellantem in posterum velle gravare. Gail. *1. Observ. 131 num 2. Mevig Part. 1. Decis. 26. n. 10. & Part. 3. Decis. 2. num. 4.* cui vix alio modo, quam per omnimodam inferioris jurisdictionis suspensionem occurri

occurri potest. Fibig. in Process. judic. Part. 2. cap. 2. membr. 2. secl. 1. §. 7. reg. 4. ibique Dn. Swendendorff. num. 690. nisi ex justa causa eam remittendam censeat, quod tutò facere potest. Carpzov. in Process. tit. 18. art. 6. num. 57. & seqq. Richter. ad c. 40. X. de test. & attest. num. 54.

Attentata quidem revocantur mediante mandato cassatorio. Recess. Imper. Ratisspon. de Anno 1654. §. und wenn gegen die ausgelassene etc. Mevius Part. 4. Decis. 286. & Part. 7. Decis. 98. num. 2. add. Textor. in R. J. N. Disp. 12. Thes. 9. se qq. Swendendorff. ad Process. Fibig. Part. 1. cap. 2. membr. 3. §. 21. lit. f. Sed certa est Regula : Quod in omnibus Causis, ubi appellatio de Jure caret effectu suspensivo, aut planè nõ admittitur; attentata non adeò illicita, nec statim revocanda esse, Hiltrop. in Process. judic. Part. 4. tit. 9. num. 20. Ziegler. ad Lancellot. Instit. Jur. Canon lib. 3. tit. 18. §. 17. Vid. Martini in Commentario supra Ordinat. Process. jud. Saxon. de Anno 1622. d. 28. Julij, tit. 10. §. 6. à num. 609. usque ad num. 645.

(dd) Ad Thes. 27. Disput.

(dd) Semper in pronunciando operam dare debet Judex ad quem, ut primùm super formalibus appellationum, (quippe quæ ab appellante probari debent, Klock. in Relat. Cam. vot. 3. num. 47.) respondeat, antequam ad Materialia (id est, negotii principalis merita & gravaminum Causas, ex quibus appellatum est,) & Sententiam ipsam descendat. Klok. ibidem vot. 118. num. 20. Nicol. Calvol. in Prax. jud. §. Judex. Conclus. 4. num. 31. seqq. Carpzov. in Process. tit. 18. art. 6. n. 50. seqq. Nam formalibus non subsistentibus, quicquid in Judicio agitur, nullum est. l. si contra. l. quoniam. C. de appellat. add. Textor. ad R. J. N. Disp. 11. Thes. 131. & seq. Ubi limitat

D in.



in Camera Imperiali, si pro appellante prior Sententia reformetur, cum eo ipso, dum pronunciat Judex super materialibus, tacite formalia videatur confirmare. Consistunt autem *FORMALIA* in eo, ut videamus, utrum debito tempore, item, an ab interlocutoria in scriptis, gravaminibus nuncupatim insertis, vel à Definitiva in continenti, viva voce; aut ex intervallo in scriptis, appellatum sit? An Solennitas & forma appellandi, ex statuto fortè requisita, observata sit, nec ne? Hæc enim judici à quo, quippe cui cognitio super solennibus appellationum competit, *Mey. Part. 2. Decis. 63.* præstanda sunt; & ubi illa debito tempore præstita non sunt, appellatio pronüciatur deserta, si à parte petatur. *Mey. Part. 4. Dec. 375.* Porro, utrum gradatim appellatio facta? an intra tempora legitima sit introducta? num Summa Ordinationibus Saxonis, aut Privilegio de non appellando, si quod est, sit conformis, &c. Posteriori vero casu, quando Sententia prioris judicis in judicio Appellationis confirmatur, & pronüciatur: bene judicatum & malè appellatum (veluti in dubio, quò existimationi judicis prioris nonnihil consulatur) à superiore confirmanda est, *Klok. in Relat. Cameral. vol. 4. num. 309.* *Calvanean. in tract. de Usufruct. Mulier. sect. 3. num. 68.* *Cephal. Consil. 25. num. 52.* *Francisc. Viv. dec. 341. num. 15.* & 16. vel etiam sententia devolutoria vel desertoria fertur, causa ad Judicem à quo remittitur pro executione ejus sententiæ faciendâ, vel si sit interlocutoria, ut judex in procedendo pergat. *d. c. 59. X. de appell. Gail l. observ. 131. num. 2.* *Mynsing. Cent. 4. observ. 46.* *Carpz. in Jpr. for. Part. 1. Const. 20. def. 27.* & *in Process. tit. 18. art. 6. num. 65.* & *seqq.* *Anton. Faber. in Cod. lib. 7. tit. 26. def. 26.* *Richter. ad c. 40. n. 55. X. de test. & attest. Svwendendörffer. ad Process. Sibig. Part.*

Part. I. cap. 2. membr. 3. §. 21. reg. 9. Quod etiam tenendum, quando Sententia aliquo saltem modo venit declaranda, nisi declaratio potius ad correctionem, quam confirmationem accedat. Carpzov. in *Process. tit. 18. art. 6. num. 73. & seqq.* Richter. ad d. c. 40. n. 58. X. de test. & assest. Non devolutoria autem tunc demum locum habet, si vel qualitas cause, vel summa, vel privilegia Jurisdictioni judicis ad quem repugnet, Item, si fatalia interponendæ neglecta sint, &c. Desertoria verò, quando requisitio actorum intra triginta dies neglecta, nec observata fatalia introducendæ appellationis. Textor. ad R. J. N. disp. 11. thes. 133.

Ad Thef 28.

In ertlichen Sächsischen Gerichten müsse etwas in Casu succumbentia vor denen Gerichten erster Instanz deponiret werden. Sonst würden temerè appellantes nach dem Jur. Can. nur in Expensas condemniret. (ca)

ADDITIO.

(ee) Varia repagula probi Principes constituerunt ad refrandam Calumniantium nequitiam; Speciatim vero ad Appellationum abusum compescendum modos invenerunt saluberrimos, ab Authore Parthenii litigiosi annotatos, quibus observatis Justitia suo tramite citò decurrere valet. Mev. Part. 2. dec. 8. vid. Rivin. in *Specim. except. for. cap. 29. n. 15. seqq.*

Pecunia in casum succumbentia deposita applicatur Fisco, [tacente scil. Lege, Privilegio aut Consuetudine] l. 5. C. de modo mult. qua à jud. infl. Mev. 1. dec. 230. Carpzov. Part. 3. Prax. Crim. quest. 109. n. 42. Illustr. WILDOGEL, Disp. de Pecunia Succumbentia An. 1708 Jona hab. ab Esaiä Pfanzsiel. In quam summam condemnari debet is, qui temerarie appellationem contra sententiam judicis interposuisse convictus, l. 5. §. fin. C. quor.

D 2

appell.

appell. non recip. l. 6. §. 4. C. de app. l. 10. & l. 25. Cod. Theodos. eod. vid. etiam *Ordinat. Camer. de Anno 1555. Part. 2. tit. 28. §. 3. Deputations - Abschied zu Speyer / de Anno 1600. §. 17 & in novissimo Ordinum Recessu de Anno 1654 §. 120.* Ubi certa poena usque ad XX. Marcas auri puri est constituta in temere appellantes (qui temeritatem litigantium coercendi modus à singulis fere Imperii Statibus in suis provinciis subinde pro arbitrio receptus est, & hactenus observatus, uti id ex variorum Electorum, Ducum & Magnatum Ordinationibus Processuum constat) quamvis hodiè in foro Saxon. Elect. *DE-CEM THALERI* dictati, *juxta Constit. Elect. Job. Georgij III. de Anno 1691. §. 7. vers.* Und bey rejection der appellation dem Appellanten und dessen Advocato Zehen Thaler Straffel jeden zur Helffte dictiret. *Concordat Ordinat. Cur. Provinc. Jenens. de Anno 1653. cap. 18. §. diweil aber auch 20. vers. und do Sie vermercken. & cap. 35. §. 1. vers. oder do Sie solche Appellation nur frivole. &c.*

(ff) Ad eandem Thef. 28. Disput.

(ff) De querela Nullitatis vid. *Ordinat. Process. jud. Saxon. tit. 38. & Carpzov. in Process. tit. 19. art. 3. & Part. I. Const. 26. def. 22.* De retractione Sententiarum. vid. *Modestini. in l. se expressim. 19. ff. de appellat. Richter, Part. 3. Decis. 127. num. 35. & in Append. Cap. IX. num. 23. Carpzov. Part. 2. Constit. 12. def. 10. num. 4 & Part. 3. Const. 32. def. 22. n. 10* Item, in *Jpr. Constit. lib. 1. tit. 3. def. 368. num. 4. & lib. 3. tit. 5. resp. 40 num. 3. ut & lib. 5. tit. 6. resp. 54. num. 16.* De reductione ad arbitrium boni viri. Vid. *Carpzov. in Process. tit. 24. art. 3. num. 44. seqq. Svwendendörffer. ad Fibig. Cap. 2. Part. I. Gen §. 23. num. 3. sub Sign. * post. lit. Q. De Supplicatione*

&c

& Revisione. Vid *Ordin. Process. jud. Saxon. tit. 37. § Ordinat. Appellat. tit. von der Supplication und Revision.* Mevius *Part. 8. Decis. 85.* Brunne mann. *in Process. cap. 18. num. 1. & seq.* Carpzov. *lib. 3. tit. II. Resp. 167. num. 30. § Process. Jur. tit. 17. art. 5. num. 35. § 39 Item. 43.* De Syndicatu vid. *l. ult. ff. de Extraordin. cognit. l. 15. pr. ff. de jud. Joh. Baptist. Casar. Consil. Illustr. 59. num. 9. Vol. 2.* De Restitutione in integrum. Vid. Carpzov. *Process. tit. 19. art. 1. seqq.* Mevius *Part. 1. 2. 3. Decis. plurib.* Reyger *in Thesaur. jur. voc. Restitutio.* Ubi multa notatu digna habentur.

APPENDIX.

In der Gelehrten-FAMA.

Von denen Appellationen haben sonst in genere disputiret: *Struv. de Appellationibus. Jen. 1653. Born. De Remedio appellationis. Lips. 1666. Habn. de appellat & reliquis suspensivis remediis. Helmst. 1663. Beckmann. de Appellat. secundum jus novissimum ritè interponendis & rectè justificandis. Jen. 1668. Swendendorffer de formali ac fatali appellationum. Lips. 1671. Gros. de appellationibus. Giess. 1700.*

[gg]

ADDIT.

(gg) *In specie disputaverunt, & quidem de Appellationibus in Causis non Appellabilibus. D. Joh. Georgius Haselhuhn, sub Illustr. Dn. Wildvogelio, &c. Jenæ, Anno 1707. Item. Henric. Andr. Arckenberg, sub Præs. D. Jacob. Frieder. Ludovici, &c. De Summa Appellabili, Halæ Magdeburg. Anno 1710. &c. &c.*

D 3

Notam.



Notandum.

Ubers Jahr soll die augirte Disputation (wenn **GOTT**
 Leben und Gesundheit verlehnet / sich auch ein Verle-
 ger darzu finden wird) gleichfalls allhier nach gedruckt/
 und nicht nur diese Additiones behöriges Orths mit ein-
 gerückt / sondern auch noch ein- und andere neue Quæsti-
 on darzu bracht werden. Datum Saalsfeld / den 5. Januarii,
 Anno 1713.

Job, Augustus Thiel/
 Etat, 55. ann.



m.c.

III **V_e** 31
1917

X 2290749

C. D.
AD
ATIONEM INAUGURALEM
DE
ELLATIO.
NIBUS
PRÆPRIMIS
KONICIS.

QVAM
Julio, ANNI M, D CC. XI.
habuit
JENÆ,

ugustus Thiel / Cygneá-Misnicus,
lvocat, Saalfeld. Ordinar.
SAALFELDÆ,
Samuel, Mülleri, Typogr. Aulic.

**BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA**

22

Inches
Centimetres
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

Farbkarte #13

B.I.G.